

XI (*cap.* 20). Sed et illud denique in eodem patre fuit valde memorabile, quod multi tum ^{v)} etiam nobiles venenatis infecti verbis malorum dum ^{z)} adversus illum contumeliarum verba dicenda concepissent seu iurgia ultionis vice referenda, ut ad conspectum illius ventum fuisset, statim mirabantur semet ab his ^{a)}, quę intenderant exprimere alienatos fuisse. Amissaque ferocitate rei preterite, quicquid id erat, totum procedebat ^{b)} ex mansuetudine. Henrico ^{c)} siquidem imperatori de eo suggestum fuerat, quod illi derogans illumque contemnendum adiudicans, Arduini quoque ^{d)} parti, qui sibi Italię regnum ^{e)} pręripuerat, faveret illumque pro posse defensitaret. Ex hoc quippe viro dei quanvis ab ^{f)} re iratus fuerat. Ille vero, ut comperit, prudenter ^{g)} ad illum pergens rei veritatem sese purgando pandit atque, si quid erat odii, a corde illius detersit. In tantum etiam isdem imperator postmodum illum dilexit, ut illi dona largiretur plurima et, quicquid ab eodem vellet fieri, continuo impetraret ²³⁾. (*cap.* 21) Pari nanque ratione Rotberto ^{h)} Francorum regi de ipso indicatum ⁱ⁾ fuerat, quod Brunoni predicto Lingonis ^{k)} episcopo, qui regi minus adquiescebat, talia suaderet, quę regali iurimum resisterent. Ille vero simul et regina coniux ^{l)} illius propter hoc illi irati comminati sunt aliquoties ^{m)}, coenobiis eius damnum inferre maximum. Adiens ergo intrepidus amborum pręsentiam ita illorum divini verbi virtute iram compescuit, ut etiam summam dignitatis gratiam apud illos optineret. Nam cum illorum filius, qui pro suę iuventutis elegantia ac liberalitate Hugo magnus (*fol.* 227^v) cognominabatur, iam in regem unctus obisset ⁿ⁾ ac parens uterque pro morte illius ^{o)} pene ^{p)} usque in suimet necem cordis dolore et luctu affligerentur, tunc accessit ad eos spiritalis ^{q)} medicus et ait: „Non infelices enim vos putare debetis, quod talem amisistis, quin potius ^{r)} felices valde, quia talem habere meruistis. Ego“, inquit, „ex ullo hominum gradu non tam

v) tunc R

z) *danach Rasur F*

a) iis R

b) procedere R

c) Hen- aus Hein- F, Heinricho BM

d) fehlt R

e) RBM; regim, *darin* -im auf *Rasur*, wohl aus -nū F

f) abs RB

g) *fehlt RBM*

h) Roberto R

i) nuntiatum R

k) Lingonum RDBM

l) coniunx R

m) aliquotiens DBM

n) obiisset RDBM

o) ipsius BM

p) *wie S. 467 w)*

q) spiritalis BM

r) t aus c F

²³⁾ Zu den Beziehungen Kaiser Heinrichs II. zu Wilhelm, St.-Bénigne und Fruttuaria s. Bulst S. 115 ff. u. 125 Anm. 48.